Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Patrocli martyris quod est XII. kalendas. februarii

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

oriente. usque ad occidentem diffusam. Igitur
in porta amphitheatri constitutus prope eam. ut in
grederetur ad coronam inmarcescibilem. potius
quam ad poenam. obseruantibus licet ex officio
beneficiariis. quorum nomina supra memorata
sunt. Ita ut et ipsi audirent a fratribus nostris.
et a marciale monente. pariter et loquente spu
sco. Eps clamauit. Iam non deerit uobis pastor.
nec deficere poterit caritas. et repromissio dni
tam hic quam in futuro. Hoc enim quod cernitur.
unius horae uidetur infirmitas esse. Consola
tus igitur. fratres ingressi sunt ad salutem dig
ni. et ipso martyrio felices. qui scarum scriptura
rum fructus in repromissione sentirent. Simi
les annaniae. azariae. et misaheli extiterunt.
ut etiam in illis diuina trinitas cerneretur.
Siquidem iam in igne saeculi constitutis. et pat
non deesset. et filius subueniret. et sps sci in
medio ignis ambularet. Cumque exustae fuis
sent fasciolae. a quibus manus eorum fuerant
conligatae. orationis diuinae et solitae consuetu
dinis memores gaudentes. positis genibus de re
surrectione securi in signo tropheae constituti
dnm deprecabantur. Post haec solita dni non
defuere magnalia. Apertumque caelum ui
dentibus babilan. et migdonio fratribus nris.
ex familia emiliani praesidis. qui erant filiae
eiusdem emiliani. dominae eorum carnalis
ostendebant fructuosum cum diaconibus suis.
Adhuc stipitibus quibus ligati fuerant per
manentibus caelum ascendentibus coronatos.
Cumque emilianum uocarent dicentes. ueni et
uide quos hodie damnasti. quemadmodum in
caelo spei suae constituti sunt. Igitur emili
anus cum uenisset uidere eos. non fuit dignus
uidere. fratres autem tristes. uelut derelicti
sine pastore. sollicitudinem sustinebant qd
non dolerent fructuosum. sed desiderarent
unusquisque fidei. et agonis sui memores.
Superueniente autem nocte ad amphitheatru
cum uino festinantes peruenerunt. ut semi

usta corpora extinguerent. Quo facto eorunde
martyrum cineres collectos. prout quisque sibi
potuit uindicauit. Sed nec in hoc dni et saluato
ris nri non defuere magnalia. ut credentibus
fides augeretur. et paruulis monstraretur ex
emplum. Oportebat enim fructuosum marty
rem. quod in saeculo per misericordiam di docen
do promiserat. etiam dnm et saluatorem nrm.
in sua passione. et resurrectione carnis con pro
bare. Igitur post passionem apparuit fratrib;
et monuit ut quod unusquisque per caritatem
de cineribus usurpauerant. restituerent sine
mora. Etiam emiliano qui eos damnauerat fruc
tuosus ostendit. se pariter cum diaconibus suis
in stolis diuinae promissionis. Increpans pariter et in
sultans senihil illi profuisse. quod frustra exus
tos a corpore in terra crederet futuros. quos cer
neret gloriosos. O beati martyres igne probati
sicut aurum pretiosum. ue sti lorica fidei. et ga
lea salutis. Qui coronati sunt diademate. et coro
na inmarcescibili. eo quod diaboli caput calcaue
rint. O beati martyres. qui meruerunt dignam
habitationem in caelis. Ad dexteram stantes xpi.
benedicentes dnm patrem omnipotentem. et dnm
nrm ihm xpm unigenitum filium eius. cum spu
sco. cuius regnum sine fine permanet in saecu
la saeculorum amen.

EXPLICIT PASSIO SCORUM. FRUCTUOSI.
LII AUGURI. ET EULOGII.
INCIPIT PASSIO SCI PATROCLI MARTYRIS.
QUOD EST. XII. KL. FEBRUARII.

TEMPORE ILLO SUB AURELIANO PRESIDE.
facta [illegible] est xpianis orta tempestas.
Ita ut iam [illegible] pene cruciarentur omnes. qui il
lo tempore xpiani esse uidebantur. Erat tunc
persecutio xpianorum nequissima ualde. facta
est inquisitio hominum qui legem catholicam dili
gebant. et cum inuenissent eos diuersis poenis
interficiebant. et multi per passionem coronati
transierunt de mundo in regnum caelorum.
Erat tunc in trecasino uir nobilissimus nomine

patroclus. Is habebat habitationem extra ciuitatem quasi passus ducentos. quam ei reliquerant parentes eius cum multis edificiis. & ipse in eo erat habitaculo. & seruiebat dō caeli diebus ac noctibus. & legem catholicam diligebat. Institutus bene litteris & prudentiam & genua curuans in oratione cunctis horis. Ita ut per singulos dies non reficiebat cibo nisi hora diei duodecima. Multis tamen orationibus & deprecationibus ante refectionem dño reddebat. & omnia quae possidebat de substantia parentum. per uiduas & orfanos erogabat. qui ex toto corde xpm diligebant. Ita ut omnes xpiani aestimarent eum dispensatorem ēē caelestem. Scs uir persistebat in ministerio dī. & in obsequio caelesti. & in oratione & ieiunio spendido. tractans de ornatu militiae caelestis quae scripta est in libris scis euangeliis. quibus ipse dñs dicit. Omnia quae habes da pauperibus & habebis thesaurum in caelo. & ueni sequere me.

Scs uir patroclus persistebat in dī timore. & in oratione daemones effugabat. & uirtutes multas per eum dñs ostendebat. & omnes uenerabantur eum quasi uirum iustum. & dignum dī ministrum habitu religioso. uultu & specie pulchra uenerabatur ualde in multis modis. & de nobilitate & obsequio. & de religione honore quo iugiter diebus ac noctibus uigiliis atq; ieiuniis indesinenter insistebat. Egrediens uero aurelianus impiissimus persecutor xpianorum. diuersis partibus urbis senonicae quae est nobilior ciuitas pergebat tricassis. Audiens de beato patroclo quia talia gesta erant de eo. secret&ius perscrutatus est, & cum inuenisset eum. Ait illi. Audiui de te quia talia ignorantia agis. & uana religione colis. & adoras eum qui ab hominibus alapis caesus est. Patroclus uero. Insipienti sermoni eius. non dedit responsum ullum; Aurelianus dixit. Cuius religionis es aut quem dm adoras. Patroclus respondit. Adoro dm uiuum & uerum qui in caelis habitat & humilia respicit. & omnia scit antequam fiant. Aurelianus dixit. Recede ergo ab ista stultitia & adora deos nostros. & serui diis nostris. A quibus honorem potes habere & diuitias multas. & magnum nomen a quibus honorari poteris. Patroclus dixit. Ego non noui alium dm nisi unum uerum qui fecit caelum & terram. mare & omnia quae in eis sunt. qui fecit uisibilia & inuisibilia.

Aurelianus dixit. Dispuca siuera sunt quae dicis.

Patroclus respondit. Uera & probabilia sunt quae ego ostendo. sed scio quia ueritas odium habet & mendacium. Aurelianus dixit. Igni te tradam usquequo immoles diis. Patroclus dixit. Ego immolo sacrificium laudis. hostiam uiuam me offero dō. qui me pro suo nomine ad martyrium uocare dignatus est. Aurelianus furore commotus aduersus legem xpianorum. sic ait. Mittite ei compedes in pedibus eius & in manibus eius catenas igneas. perstringite post dorsum eius. Inducite eum in cellulam secret&ius usq; dum per noctem deo qualiter impendatur.

Sic scs uir electus a dō uinculis perstrictus. traditur legio uno de adstantibus ministris qui eum custodiret usque in diem tertium. Scs patroclus cum esset in custodia usque in diem tertium. orabat ad dñm & dicebat. Fiat misericordia tua dñe ut consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo. & postea exultabo & laetabor in misericordia tua dñe. quia respexisti humilitatē meam. & post diem tertium eductus in publico. Cui iudex sic ait. Ueni contemptor. redime te & sacrifica diis. Patroclus respondit. Redimet dñs animas seruorum suorum. & non delinquent omnes qui sperant in eum. Tamen aliquid tibi de thesauro meo possum largiri. si uelis accipere quia pauper es. Aurelianus dixit. Quomodo me tu pauperem esse dicis. quia multas diuitias habeo. Patroclus dixit. habes terrenas diuitias. nam pauper es in fide dñi nri ihu xpi. quem in te recondere noluisti. ideo ipse damnabit te. & patrem tuum diabolum. Aurelianus dixit. Multas enim iam mihi iniurias

infers. ita ut tibi iam amplius non miserear.

Patroclus dixit: Miserebitur mihi deus custos iuuentutis meae. Nam uanum superstitiosum honorem tuum temporalem et felicitatem et ducam quam ab hominibus adquiris.

R

Uae tibi cum ueneris ad eundem locum ubi cruciatur diabolus, quemadmodum tibi cruciatus expectat. Aurelianus dixit: Ego ista talia numquam audiui neque noui. tamen scio quia omnis poenas tuas in manibus meis sunt. et corpus tuum et sanguinis tui. [corpus tuum in mea potestate] Patroclus dixit: Habes cruciandi; tamen animam meam certum lacerare non poteris. quia eam in potestate non habet nisi solus deus qui eam dedit in corpore meo. sicut ipse dominus dixit: nolite timere eos qui occidunt corpus amplius non habent quid faciant. sed potius timete eum qui postquam occiderit corpus animam potest mittere in gehennam. Aurelianus dixit: Habent potestatem dii nostri qui uera canent. et tibi adhuc uiuere permiserunt.

Patroclus dixit: Qui sunt dii uestri? Aurelianus dixit: Apollo optimus et uerus deus. et Iouis et ipse maximus deus. Diana quae est mater deorum. qui uera hominibus canent. Patroclus dixit:

Apollo quem tu esse deum colis. Audiuimus autem a senioribus nostris. quod Admeti regis pecora pascebat. et Iouem quem tu adoras. catarri mortuus est de austeritate uentris. et scio eum fuisse hominem prauum. nequissimum. adulterum fornicatorem. rapacem. adinuentorem omnium malorum. qui scandala cum uicinis et proximis seditiosus. atque pauperibus expoliator.

Ubicumque habitabat statim seditio aut homicidium fuit admissum. ideo mortuus est turpissima morte. terra eum non suscepit. Et dianam quam dicis esse matrem deorum. quis nesciat esse daemonium meridianum. Incredulitas hominum qui uana frustra adorant quod ipsi ignorant. sicut scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnes qui confidunt in eis. Aurelianus dixit: Multa patientia susti-

neo ad audiendam audaciam tuam. Nisi Apollinem et Iouem et matrem deorum adoraueris hodie diuersis poenis capitaliter interficiam.

Patroclus dixit: Sicut exsecrabilis latro cui cadauer reliqui si occidere potest corpus. tamen manducare non potest. Et cum haec beatissimus Patroclus locutus fuisset. Aurelianus furore commotus dixit: Patroclus obnixius et detestabilis qui nobis confusionem intulit. et deos nostros contumeliauit. gladio feriatur. ut amplius non uerberetur. Ducite eum in loco aquoso et ibi eum decollate. ut corpus eius non in arida requiescat.

Sed beatus uir traditus est carnificibus. et ductus est ad ripam sigone. Tunc beatus Patroclus orauit et dixit: Domine Iesu Christe ne patiaris hoc ut corpus meum in hunc locum aquosum requiescat. sed da uictoriam nomini tuo. ut magnificetur in omnibus gentibus. ne umquam dicant ubi est deus eorum. Exaudi domine orationem meam sicut exaudisti Moysen et Aaron cum populo tuo. et aperuisti eis mare. et eduxisti eos per siccum. sic domine permitte mihi transire hoc flumen sicut scriptum est: Eripe me de luto ut non inhaeream. libera me a persequentibus me. Et cum orasset sanctus Patroclus. obscurati sunt oculi tenentium eum. et ille ingressus in flumen exiit in aliam ripam. et genua eius non contigit aqua et aqua irrigauerat eodem tempore. Et cum egressus fuisset beatus Patroclus de aqua pergebat ad aridum locum quod est mons leidorum. Et dicebat: Custodit dominus animas sanctorum suorum et de manu peccatoris liberauit eos dominus. Tunc illi qui eum tenuerunt. timuerunt cesarem et dicebant: Quam magnus est deus eius quem adorat qui eum liberauit. Alii autem non. sed fantasma fuit. Inuicem susurrabant. magna inter eos erat concertatio. Illis uero contendentibus. Adueniens mulier seditiosa et ipsa gentilis et dixit: hominem christianum quem queritis uidi eum in monte ultra flumen prostratum in terra super faciem suam. sic adorabat dominum suum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

At illi cum audiſſent ſtatim ueloces erant pedes eius
ad effundendum ſanguinem innocentem & iuſti.
pergebant ergo ad eum. & cum inueniſſent il
lum orantem. exiit unus ex illis qui erat prius
prior propoſitus poenarum eius. dixitq; ad
eum. Tu uero reus es qui effugiſti nos. & ecce
in manibus nr̄is es. & non diſcedis a nobis do
nec moriaris. aut immoles diis nr̄is. Patroclus
reſpondit. Ego daemonia non adoro immun
da. niſi unum dm̄ uerum. Carnifices dixer̄.
Ergo dīs qualis eſt natus aut factus. patro
clus reſpondit. O amorem ſuperſtitioſum.
de dō quis enarrare poteſt. quia omnia quae
cumque ſunt ſiue in caelis ſiue quae in terris.
omnia ipſe creauit. Poſt eam miſit a ſe filium
ſuum ihm̄ xpm̄ qui pro nobis ſanguinem ſuum
effudit. ut nos de interitu rediméret. ſepul
tus in terra ſurrexit a mortuis. deinde por
tatus ab angelis in caelum. emiſit a ſe ſpm̄ ſcm̄.
mundum repleuit in quo credere debemus.
ſiue uiuere in obſequium xpi. ſi mori pro nomine
xpi. ut ſimilia patiamur. Nam in mundiſ
ſimum errorem & uanā amorē quam creditis.
ſcio daemonia eſſe quin multis modis diſper
gentur. ſicut dixit propheta. In illa die cū
uenerit ignis examinatur. uae fallax daemonū
& opera eius ſicut ſicut ſcriptum eſt. Qui cum
que ſacrificauerit daemoniis. cum eis dimer
gitur in ignem aeternum. loquente hoc beato
patroclo. Elegius furore commotus dixit.
Perſtringite eum in culis pedes. & manus eius cate
nis proſtringite eum in terra. & gladio feri
te eum. ſecundum quod deos nr̄os contumelia
uit. Sic eſt patroclus genua flectens. in terra
proſtratus a percuſſore. & cum percuteretur
dixit. In manus tuas commendo ſpm̄ meum.
& animam meam. quia ſcio quod propter no
men tuum has poenas patior. Sic gladio per
cuſſus atque decollatus caput eius proiecerunt
ab eo. ſanguine perfuſo. Et poſt mortem eius
paſſionis redeunte ad caeſarem. reliquerunt
corpus eius ſolum. Decollatus eſt autem xii. kl.
februarias. die vi feria. quod eſt paraſceue.
Audierunt autem duo ſenes qui & ipſi elemoſinā
exſpectabant. portauerunt corpus eius cum
metu & timore magno. & cuſtodierunt eum
uſque ad ueſperam. Euſebius qui erat in eodem
loco archipr̄b̄r. cum liberio diacono. uenerunt
nocte cum linteaminibus. & inuoluerunt cor
pus eius & ſepelierunt eum cum paruis lumina
ribus ria. propter turbam gentilium. Peruigilaue
runt et eum cum duobus illis ſenibus & dicebant.
Quam pretioſa eſt dn̄e in conſpectu tuo mors ſco
rum tuorum. & ipſe dn̄s dixit. Beati qui per
ſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. qm̄
ipſorum eſt regnum caelorum. Laetamini in
dn̄o & exultate iuſti. & iterum dixit. laeta
bitur iuſtus in dn̄o. & ſperauit in eo. Poſt tem
pore uero non multo. obquieuit perſecutio
eccleſiae. Euſebius qui eum in ſepulchro re
di condiderat. ipſe aedificauit ſuper corpus eius
paruam cellulam. ſecundum quod poſſibilita
tem habebat. & cum ei humanae fragilitatis
obueniret. popoſcit ſepulturam iuxta ubi fu
ſus fuerat ſanguis beati patrocli martyris. qui
paſſus eſt pro nomine dn̄i nr̄i ihū xpi. qui reg
nat cum patre & ſpū ſcō in ſaecula ſaeculorū. am̄;

LIII EXPLIC PAS SCI POTITI ;PATROCLI

INCIP PASSIO SCI ASCLE
MARTYRIS QUOD EST X KAL
FEBRUARII;

VENIENTI AB HERMOPOLI CIUITATE
Ariano praeſide. oblatus eſt quidam
uir nomine aſcla. quem cum uidiſſet iudex.
dixit ad officium. quis eſt hic apollonide.
Unus ex officialibus dixit. puto xp̄ianus eſt.
Dicit ei praeſes. Interroga ipſum & dicat
quis eſt. Reſpondit ei aſcla. Ego xp̄ianus
ſum. Ait praeſes. & non audiſti tu quae in
uictiſſimi imperatores per omnes prouinci
as decreta aduerſus xp̄ianos direxerint.
Aut cogantur diis ſacrificare. Aſcla dixit;